

## EKSAMEN I LAT1100 - innføring i latin VÅR 2012

### DAG 2

Du finn heile oppgåvesettet på ei side. Det er lov å nytte ordbok.

Fredag 1. juni (4 timer)

Du må svare på begge oppgåvene

1 Ukjend tekst.

Set om til norsk:

Duo familiares, iter una facientes, Megaram venerunt; quorum alter in hospitium se contulit apud amicum, alter in tabernam apud cauponem deversatus est. Nocte vero is qui in hospitio erat somnium habuit. Vedit comitem suum orantem ut sibi cauponis insidiis circumvento subveniret, et dicentem se, nisi ille celeriter auxilium tulisset, iam non posse ex imminentि periculo subtrahi. Quo visu ille excitatus prosiluit tabernamque in qua is deversabatur petere voluit. Mox vero rem diligentius perpendenti somnium ridiculum visum est et levioris momenti. Itaque converso itinere lectum ac somnum repetivit. Sed cum denuo obdormivisset, idem familiaris ei in somniis apparuit, foedis coopertus vulneribus obsecransque ut, etiamsi auxilium viventi ferre neglexisset, mortuo saltem ultiōem non negaret. Monstravit corpus suum, a caupone trucidatum et stercore coopertum, eo ipso tempore plaustro quodam ad portam urbis ferri. Tam constantibus precibus compulsus ille protinus ad portam cucurrit et plaustrum quod quiescenti monstratum erat comprehendit, cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

2 Svar på eitt av desse tre spørsmåla. Svaret kan vere på ca. ei side.

1. Gje eit oversyn over Julius Caesars politiske karriere.
2. Cicero bruker eksempel frå romersk historie i både taler og filosofiske verk. I *Fyrste tale mot Catilina* viser han til kva Publius Scipio gjorde med Tiberius Gracchus, og i *Om pliktene* viser han til Regulus, som ble fanga av punarane. Vis korleis Cicero bruker dei to eksempla i desse samanhengane.
3. Gje eit oversyn over romersk religion.

**SKRIV TYDELEG MED PENN**



